



*17.*  
DISPUTATIO JURIDICA  
*D E*  
ALIMENTIS,

*Quam*  
SS. TRIADE ADJUVANTE,

P R A E S I D E

UIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO,  
CONSULTISSIMO & EXCELLENTISSIMO

DN. JOHANNE MELCHIORE SAGHS/  
J.U.D. ET IN NCLUTA ARGENTORATENSIMUM  
Universitate Institutionum Imperialium Professore Cele-  
berrimo, Patrono, Praeceptore ac Promotore suo  
æstatem devenerando,

*Solenni disquisitioni subjicit*  
CAROLUS LUDOVICUS MIEGIUS,  
Argentoratensis,

*Ad diem 14. Aprilis.*  
Horâ locoque consuetis.



ARGENTORATI,  
Typis FRIDERICI SPOOR.  
ANNO M. DC. LX.

SERENISSIMO AC POTEN  
TISSIMO  
PRINCIPI ET DOMINO,  
DOMINO  
**CAROLO**  
**LUDOVICO**

D. G. Comiti Palatino ad Rhenum, Sac: Rom:  
Imp. Electori & Archi-Thesaurario,  
Bavariae Duci, &c.

*Domino suo Clementissimo.*

Serenissime Princeps Elector, Domine  
Clementissime:

INCIPIT  
DOMINA  
  
Ui conatum meorum in Juris Ci-  
vili studio primitias dedicarem,  
non diu multumq; mihi fuit circum-  
spiciendum. Cujus enim memoria  
se mihi offerre poterat citius, quam  
illius, pro cuius perpetua salute &  
incolumentate, ut quotidie DEUM immortalem pre-  
cibus meis in vocem, ipsa me jubet pietas. Tanta  
enim extitit, Serenissime Princeps Elector, Domine  
Clementissime, jam inde à seculo ferè à Serenissimis  
Antecessoribus Avo & Parente Tuo, gloriose me-  
moria Principibus in Pro-Avum, Avum & præci-  
puè dilectissimum Parentem meum, Clementia &  
Benignitas, ut celo, unde omnia bona dimanant,  
merito eam adscribere, proq; eà DEO immortali,  
eumq; imitantibus optimis Principibus gratias de-  
voto

voto animo agere debeamus. Quicquid autem ego, divino adjutus auxilio, in optimarum artium, hocq; Jurisprudentia studio industria mea conse-  
quar, quacunq; ea nanciscentur incrementa, id o-  
mne Serenitati Tua seram acceptum, utq; iis S. T.  
humilimè inservire posim, maximo adnitar opere.  
Sed memor me ad Principem scribere, calamum hic  
sisto, cùm laudibus Tuis cogitandis, nedum digna  
commemoratione depradicandis tenuitas mea longè  
impar sit; Illa vero in omni genere ita emineant, ut  
etiam felicissima & eloquentissima seculi nostri inge-  
nia possint fatigare. DEVS T. O. M. Te Sere-  
nißime Princeps, totius Imperii, Patriæq; bono diu-  
tißimè semperq; in columem conservet. Dabam  
Argentine 6. Aprilis Ann. 1660.

Serenitatis Tuae Electoralis.

devotissima fide

addictissimus cliens

Carolus Ludovicus Micgjus;

**I. N. D. N. I. C.**  
**DE ALIMENTIS.**

THESES. I.

**C**um verba prius nosse oporteat, quam res; arg. l. i. ff. de l. & l. l. i. ff. de surt. meritò ab ipso Alimentorum vocabulo Disputationis nostræ initium facimus. Derivatur autem vox Alimentorum ab alendo; quod iis corpus humanum alatur, & vita sustentetur: Et accipitur vel generaliter & latè, vel specialiter & strictè. In generali significatio-  
nē sub se comprehendit, que cunque ad vitæ humanae susten-  
tationem sunt necessaria, puta cibaria, seu cibum & potum, ve-  
stes, stramentum seu lectum, habitationem, & quæ sunt ejus ge-  
neris, imò & aquam, in iis scil. locis, ubi aqua vendi solet, l. l. l. 6.  
l. 14. §. fin. l. fin. ff. de alim. leg. l. 43. 44. 45. 234. §. 2. ff. de V. S. We-  
semb. in parat. ad rit. ff. de agn. & al. lib. n. 4. Myns. cent. 3. obs.  
12. Pac. in Iagog. d. r. n. 1. Richter. part. 2. decif. 78. n. 23. f. 271.  
Jo. Petr. Surd. ir. de alim. tit. 4. q. 1. 2. 3. 4. & 7. Hahn. ad Wesemb.  
rit. de alim. leg. n. 1. Scip. Gent. libr. singul. de alim. ad orat. D. Mar-  
ticap. 2. & 28. Strictè vero sumptum Alimentorum vocabulum  
ea solum denotat, que ad cibum quotidianum pertinent; Et eà  
significatione nec habitatio, nec vestis, nec alia ejusmodi conti-  
nentur, l. 21. ff. de alim. leg. potus tamen non excluditur, l. 19. §. 12.  
ff. de aur. arg. leg.

II.

Alimenta in genere considerata, multis quoque aliis nomi-  
nibus veniunt, veluti victus, l. fin. ff. de alim. leg. l. 43. & 44. de V. S.  
vita, l. 234. §. fin. eod. alimoniorum, l. 4. ff. de agnosc. & al. lib. l. 73.

A

§. 1. ff.

2.

§. 1. ff. de iur. dot. vel alimonie, cap. 2. in fin. de præbend. c. 70. cau-  
12. q. 2. c. 22. c. 22. q. 4. necessarii, vel subsidii, vel sustentatio-  
nis vita, l. 5. C. de patr. pot. cap. 11. dist. 31. ut & verbo nutriendi &  
educandi, l. fin. ff. de alim. leg. Corn. consil. 45. n. 4. Hahn. ad Wes.  
loco supr. alleg. Iohan. Bapt. Pont. tr. de alim. c. 9. n. 20. 21. & 22.  
Strictè vero sumpta Alimenta Cibariorum & Diariorum nomi-  
ne veniunt, l. Diariis 21. ff. de alim. leg.

III.

Post definitionem nominis sequitur definitio rei; Viden-  
tur autem commodissime Alimenta ita describi posse, quod sint  
omnes res ad viatum quotidianum sive vitam humanae sustentati-  
onem & conservationem necessaria, certis quibusdam personis  
praestanda. Et dividuntur in publica & privata. Publica sunt,  
qua à publicis personis publicè præstantur, qualia olim suæ,  
qua Numa Vestalibus de publico statuit, Liv. lib. 1. c. 20. ut &  
qua Christiani Principes ex vestigialibus suis detracta sustentan-  
dis Ecclesiarum Ministris publicè addixerent, qua ipsa deinceps  
confirmavere Imperatores Valentinianus & Marcianus in l. 12.  
§. fin. C. de SS. Eccles. Plura alimentorum publicorum exempla  
vid. apud Gothoff. in not. add. l. 12. lit. f. Scip. Gent. de alim. c. 1.  
Privata sunt, qua à personis privatis de privato, cujusque patri-  
monio alicui constituantur; Et sunt vel testamentaria vel legiti-  
ma: illa ex hominis, hæc ex legis dispositione debentur. De his  
primo loco agendum.

IV.

In primis itaque parentes sustententur alere liberos, de  
jure Naturali Gentium & Civili. Educatio enim Iuris Naturalis  
esse dicitur, pr. Inst. de l. N. G. & C. l. I. §. 3. ff. de l. & l. cap. Iu-  
naturale. dist. l. un. §. 5. vers. fileat. C. de rei uxori. act. l. ult. §. 5. vers.  
cum enim. C. de bon. que lib. Et descendit hæc obligatio ex æqui-  
tate, charitateq; sanguinis, l. 5. §. 2. ff. de agn. & alend. lib. De Jure  
Gentium quoq; hanc obligationem procedere dubium non est,  
cum apud omnes gentes hoc receptum sit: de Iure Civili liberos  
à parentibus alendos esse, satis ostendunt l. 5. pr. & pasim in §§.  
segg.

3.

*seqq. ff. de agn. & al. lib. l. 3. & 4. C. de alend. lib. ac par.* Imò cogi pos-  
test hoc jure pater officio judicis ad liberos pro modo facultatum  
alendos, l. 5. §. 7. & 10. *ff. de agn. lib. l. fin. C. de al. lib.* utita ratione  
instinctus liberorum educatio sit Iuris Naturalis, ratione necessi-  
tatis verò Iuris Civilis, vid. Hug. Grot. de l. B. ac P. lib. 2. cap. 7. n. 4.

V.

Et principaliter quidem pater liberos alere tenetur, cùm-  
uti dictum, cogi ad hoc possit officio iudicis. Tenetur autem sta-  
tim à die partus, quamvis plures sint in contrarium moti, l. 9. C.  
de patr. pot. & praecipue Scip. Gent. de secund. nupt. cap. 4. pag. 21.  
Cùm tamē loquatur solum de alimento lactis, quia post trien-  
nium infantes ablaetabantur, 2. Mach. 7. Gothofr. in d.l. 9. verb.  
trimo. vid. Hahn. ad Wes. tit. de agn. & al. lib. n. 4. Quid si pa-  
ter non sit, vel inhabilis sit ad alendum, puta ob egestatem, mater  
alere tenebitur, l. 5. §. 1. & 4. *ff. de agn. lib. Auth. si pater. C. divor.*  
*fact. apud quem lib. mor. vel educ. deb.* cùm obligatio alendi ma-  
ximè ex charitate sanguinis oriatur, l. 5. §. 2. *ff. de agn. lib.*

VI.

Non solum autem primi, sed & secundi & ulterioris gra-  
duis liberalendi sunt, l. ult. §. ipsum. C. de bon. qua lib. l. 5. §. 5. l. 8. *ff.*  
*de agn. lib.* Pacius in Tagog. ad tit. C. de al. lib. ac par. n. 1. quin &  
emancipiati, l. 5. §. 1. *ff. de agn. lib.* & adoptivi, per l. onera. pen. *ff.*  
de Adop. Surd. tr. de alim. t. 1. q. 2. n. 5. & qui per mulieres ex no-  
bis veniunt, si aliunde ali non possunt, l. pen. *ff. de agn. lib.* Hugo  
Grot. de l. B. ac P. lib. 2. cap. 7. n. 4. in fin. Et naturales legitimati,  
Surd. d. tr. t. 1. q. 8. per rot. Et naturales tantum, *Auth. licet. C. de*  
*nat. lib.* vid. C. II A. lib. 25. tit. 3. th. 8.

VII.

Sed quid de spuriis, adulterinis, incestuosis, & reliquis ex  
damnato coitu natis sentiendum? Et de Iure quidem Civili cer-  
tum est, alimenta illis non deberi, *Auth. licet. C. de nat. lib. Auth.*  
*ex complexu C. de incest. & inut. nupt. Nov. 74. cap. ult. Nov. 89. cap.*  
*ult. cap. per venerabilem. extr. qui fil. sint legit.* De Iure verò Na-

A 2

aturali

rurali & Catonico alendi omnino suos, cap. cum haberet. exire  
de eo, qui dux. in matrim. quam poll. per adulti. ibidem comm. Canonice,  
Rittershus. de different. Iur. Civ. & Can. lib. 2. cap. 7. & in e. pag.  
Novell. part. 4. cap. 2. n. 21. & 27. & part. 7. cap. 8. n. 5. Hug. Geor.  
de l. B. & P. lib. 2. cap. 7. n. 4. pag. m. 177. Gail. 2. observ. 28. num. 4.  
cum Iure naturali nulla inter legitimos & naturales sit differen-  
tia, Nov. 89. cap. 9. v. scut. & ne incetus quidem eo jure compit-  
tatur. Et hanc ipsa sententia ex aequitate naturali & Canonica  
profluens neglecta Iuris Civ. rigore in praxi quoque servatur, te-  
ste Aretino in l. 1. col. 5. ff. sol. matr. Statutisque quotundam Principum & Rerum publ. confirmata est, imprimis Electoralis Palatinatus Constitutione, part. 4. tit. 6. Von erbung derer / so von  
gemeinen weibern / oder verbämpfer vermischung gebohren / ibi,  
doch soll ihnen aus natürlicher mitleidung unterhaltung und nah-  
rung gereicht werden/ cui concordat Reformatio Norica, l. 9. tit.  
34. ibi. Doch soll ihnen die Leibs Nahrung / damit sie erzogen wer-  
den mögen/ folgen und gereicht werden ic, quam ipsam sententiam  
ideo quoque amplecti non dubitamus, quia in casibus peccatum  
& conscientiam concorrentibus Iuris Canonici dispositio obti-  
net: negare autem liberis alimenta, mortale peccatum est, per l.  
4. ff. de agn. & al. lib.

### VIII.

Filius quoque relegatus & bannitus à patre alendus est, arg.  
l. 73. §. 1. ff. de jür. dot. Nov. 12. cap. 2. 1. 8. & 10. ff. de cap. min. Lex  
enim civilis non tollit iura naturalia, §. ult. Infl. de legit. agnat.  
zut. nec bannitus ea perdit, que sunt iuris Gentium, l. 17. §. 1. ff.  
de pæn. nisi tamen filius ideo bannitus fuisset, quod contra pa-  
triam venisset, juxta Surd. d. tr. de alim. t. 1. q. 3. n. 21. Filium item  
orthodoxum pater hæreticus, Iudaus vel infidelis alere tenetur,  
l. 19. §. 1. C. de hæret. cap. Iudei, s. extr. de Iudei, cap. 14. difft. 30.

### IX.

Non solum autem filii jam nati alendi sunt, sed & in utero  
existentes, cum in favorabilibus pro jam natis habeantur, l. 7. ff.  
de stat. hom. licet sint postthumi; Eo enim quoque casu ventre  
prægnans alendus est ex hæreditate defuncti, l. 1. §. 15. & 19. ff. de  
venit.

⁹

vener. in posseſſ. mitt. licet mater sit dives, l. 5. pr. eod. Nec ſolus  
ſiliis carnalibus, ſed & ſpiritualibus alimēta debentur, in ſubſi-  
diū ſcil. ſi nec parentes, nec alios coniunctos conſanguineos  
habent, referente Bald. in Auct. niſi rogati. C. ad Sct. Trebell.

X.

Sicuti autem filii, ita & filiae alendae, & nubiles jam factae  
dotandae ſunt, cùm alimētorum loco dos ſuccedat, Surd. t.1. q.  
10. n. 9. & 19. & inſervire debeat oneribus matrimonii, l. 20. C.  
de jur. dot. l. 22. §. 8. ff. Sol. matr. l. Aſtudius 12. in pr. C. qui pot. in pign.  
Hinc ſi pater inops fit, mater filiam dotare debet, arg. l. neg. ma-  
ter. 14. C. de jur. dot. Talis autem dos preſtari debet, qua non ex-  
cedat quantitatem alimētorum, alia revocari potest, Surd. d. 9.  
10. n. 15. Avus quoque paternus nepoti alimēta ſubministrare  
debet, l. pen. ff. de lib. agnosc. arg. l. 20. ff. de v. s. & dotare neptem  
ex filio, l. 19. ff. de rit. nupt. l. 6. de collat. l. 7. §. fin. & l. seq.  
ff. de in rem verſ. Quod & in proavo & avia paternā locum habet,  
ut & in avo materno, defiſientibus ceteris, l. pen. ff. de agnosc. &  
alend. fib.

XI.

Quod de alimētis à parentibus liberis preſtandis dictum  
eſt, adeò procedit, ut nec statuto contrarium diſponi poſſit, jux-  
ta Cynum, in l. ſancimus. C. de Nupt. Hartm. Hartm. tit. 37. obſ. 3.  
n. 15. Gail. lib. 2. obſerv. 122. num. 14. & ſeqq. Quæ enim Iuriſ  
Naturaliſ ſunt, prohiberi aut tolli non poſtunt. §. II. Inſt. de l. N.  
G. & C. §. fin. Inſt. de legie. agnat. eur. Nec conſuetudine intro-  
duci, cùm rationem naturalem vincere nequeat, & omnis con-  
ſuetudo irrationabilis nullarum ſit virium, l. 2. C. que ſit long. con-  
ſuet. Ampliſſ. Dn. D. Bicc. in Praeſog. Aur. th. 45. Nec pacto effi-  
ci, cùm pactum contra lus Naturale & bonos mores non valeat,  
l. 34. ff. de paſt. l. 14. §. 1. ff. Sol. matr. Nec voluntate Principis  
in contrarium nitentis, cùm non ſit ſolutus dictamine naturalis  
rationis. Valsq lib. 1. illuſtr. controverſ. cap. 26. n. 2. Cothmann.  
Reſpons. 15. n. 28. vol. 4. Curt. Iun. Conſil. 170. n. 22. Mantic. de ta-  
cit. & ambig. conveſt. lib. 23. tit. 1. n. 31. Nec denique Renun-  
ciatione licet jurato à patre facta, cap. 12. extit. de jure. Hartman.

B

d. obſ.

6.

d. obs. 3. n. 12. in fin. 13. 16. & seq. Gail. d. obs. 122. num. 14. cùm Iuramentum non debet esse iniquitatis vinculum, cap. 1. de jure iur. in 6. nec obligatorium sit contra bonos mores juramentum, cap. non est obligatorium. de Reg. Iur. in 6. cap. 3. vers. Ceterum. de elect. in 6. cap. 2. de reb. Eccles. non alien. in 6. cap. 18. extr. de Iure iur.

XII.

Hactenus de alimentis, qua liberis à parentibus debentur constante matrimonio; Sequitur ut videamus, soluto matrimonio apud quem & cuius impensis liberi educandi sint; Et hic quidem distinctè procedendum; Solvitur enim matrimonium vel morte vel divorcio; Si divorcio solutum fuerit matrimonium, arbitrio judicis committendum est, utrum apud patrem, an verò apud matrem liberi educari debeant, l. unic. C. divorc. fact apud quem lib. mor. vel educ. deb. l. 3. C. de alend. lib. ac par. Novissime verò lustinianus constituit, ut divorcio patris culpâ facto, & matre ad secundas nuptias non transeunte, impensis patris apud matrem liberi alantur; si autem mater causam divorcio dederit, apud patrem alantur impensis matris, Nov. 117. cap. 7. Aut. li patr. C. divorc. fact apud quem lib. mor. vel educ. deb. Pac. in Isagog. ad eund. tit. Scip. Gent. de secund. nup. c. 4. pag. 22. Besold. consil. 110. m. 202. & seqq. Quod si bona gratia matrimonium fuerit solutum, tunc ea parentum persona, qua usum fructum habet lucri nuptialis, ex eo liberozalere tenetur, Nov. 98. cap. 2. §. 1. Et hæc obtinent, si divorcio matrimonium fuerit solutum; Si verò morte illa ipsa solutio contigerit, & mater ad secunda vota non transierit, apud eam patris ex bonis liberi alentur, dum modò facultates paternæ alimentis sufficient; Quod si verò mater iterum nupserit, liberi apud eam educandi non sunt, l. 1. C. ub. pup. educ. deb. Cujus reiratus redditur in l. lex qua. 22. C. de administrat. vid. Scip. Gent. d. cap. 4. pag. 21. & 22.

XIII.

Non solum autem alimenta, sed & impensis in studia, vel aliam quamlibet artem liberis à parentibus subministrandæ sunt arg. l. 6. §. 5. ff. de Carbon. Edit. l. 5. §. 12. ff. de agn. & alend. lib. l. 3. §. 5.

7.

§. 5. & l. 4. ff. ubi pup. educ. deb. l. 12. §. 3. ff. de administr. tut. l. 2.  
C. de alim. pup. prest. l. 1. C. de infant. exposit. l. Macedoniani. §. C. ad  
Sct. Macedon. Mynsing. cent. 3. obs. 12. Treutl. vol. 1. disp. 19. tb. 13:  
lit. b. Wesemb. in parat. ff. de collat. dor. n. 3. C.I.A. lib. 25. tit. 3:  
tb. 8. pag. m. 32. propè fin. cùm hæc impensat quodammodo ex  
alienum, l. 10. ff. sam. hercisc. ibid. Dd. Quod adeò verum, ut si  
pater sumptus filio denegaverit, ad honestam aliquam artem  
studia in primis liberalia addiscenda, eidem quoque, licet senio  
confecto & inopia laboranti alimenta à filio non deberi com  
muniter Dd. statuant, secundum Ias. in l. 132. n. 33. ff. de V.O. quod  
ipsum solenni olim legè sanctum fuisse testis est Plutarchus in  
vita Solon. fol. 6. quem citat Ias. loco supr. alleg. Vid. Petr. Surd. rr.  
de alim. tit. 7. q. 14. n. 35. Scip. Gent. de bon. matern. cap. 12. pag.  
61. & 62.

#### XIV.

Debentur autem illa ipsa impensæ ita efficaciter, ut nec in  
collationem veniant, nisi constet patrem expendisse animo cre  
dendi, l. 50. ff. sam. hercisc. Hahn, ad Wesemb. tit. sam. hercisc. n. 5.  
Treutl. vol. 1. disp. 19. tb. 13. Wesemb. in parat. ff. de collat. dor. n. 3.  
Amplif. Dn. D. Bicc. in Aur. sect. 3. thes. 139. n. 4. lit. y. vid. etiam  
Carpzov. I.F. p. 3. conf. 11. def. 17. 18. 19. & seqq. & Schneidev. in §.  
quædam. 20. Inst. de Act. n. 42. & seqq. Neque etiam negotiorum  
gestorum actione possint repeti, nisi de animo repetendi, vel per  
expressam protestationem, vel alio quovis modo certò constet,  
l. 15. C. de neg. gest. cùm regulariter præsumptio sit, pietatis intui  
tu illas ipsas impensas esse præstitas, l. alimenta. 11. C. de neg. gest.  
Scip. Gent. de secund. nupt. cap. 4. pag. 21. & 22. ejusmodi autem  
impensæ non repetantur, l. 32. §. 2. ff. de condit. indeb. Dd. in l. 11.  
& 13. C. de neg. gest. l. 27. §. 1. l. 34. ff. eod. §. fin. Inst. de Oblig. que ex  
qua si contratu nasc. excepto unico casu, l. 16. C. de Nupt.

#### XV.

Hactenus de parentibus naturalibus; nunc de vitrico &  
noverca agendum. Et vitricus quidem privignos alere non co  
gitur, per l. 15. C. de neg. gest. cùm non sit loco parentis, arg. l. 3. C.  
desert. & privigi non habeantur vitrico pro liberis absolute  
consid.

considerati, adeoque cestet paterna affectio regulariter; unde & in dubio animo repetendi sumptus factos presumi dubium non est, quia regulariter, qui pro alio expendit, cum ex legis vel hominis dispositione ad id item terreatur, animo repetendi expensisse presumitur, l.34. ff. de neg. gest. nisi tamen impensa vel sint modicas, vel servitia à privigno percepit; alioqui repetendi animus ex parte vitri omind presumetur, & tenebitur privignus contrarium probare, de quo vid. Carpzov. I. F.p. 2. Conf. 10. def. 25. 26. & 27. & Garl. de conj. acq. n.1922. Quod de privigno dictum, in Novercā quoque obtinet, ex paritate rationis, & facit, quod nullum inter eos sit jus successionis, l.3. C. comm. de success.

## XVI.

Diximus de alendis liberis à parentibus, sequitur ut & mutuum liberorum officium perpendamus. Liberi igitur vicissim parentibus egenis alimenta suppeditare debent, l.5. pr. & §. 2. ff. de agn. & alend. lib. l. ult. §. 5. C. de bon. qualib. l.5. C. de parr. por. l.1. & 2. C. de alend. lib. ac par. cap. 20. diffinct. 86. quod ipsum naturali rationi consentaneum esse dicitur, in l.5. §. 16. ff. de agn. & alim. lib. que docet, beneficiantia mutua esse praestanda officia, arg. l. 25. §. 11. ff. de petit. her. Et eleganter hocce liberorum officium, exprimitur vulgari proverbio *ārīne egyptiā*, Wesemb. in parat. ff. de agnosc. & alend. lib. n.4. Hug. Grot. de I. B. ac P. lib. 2. cap. 7. n. 5. similitudine desumpta à ciconiâ, quæ fertur à liberis ali, teste Arisfor. quem refert Gothofr. in not. ad l.5. §. 1. ff. de agn. & alend. lib. lit. l. Unde apparet, obligationem alendi parentes aquae proficiunt ab ipsâ naturâ, ac patris obligationem ad alendum liberos, per l. fin. §. 5. C. de bon. qualib.

## XVII.

Hinc etiam ab emancipato filio pater consequi debet alimenta, l.5. §. 1. ibiq. Dd. ff. de agn. & alend. lib. arg. l. 10. ff. de capo min. licet impubere, l.5. §. 13. ff. de agn. lib. qui si recusat, in patriam potestatem revocatur, l. unic. C. de ingrat. lib. Perr. Surd. tr. de alim. r. 8. privileg. 65. n. 5. quin & patri incestuofo de lute quoque Civili alimenta praestanda, Nov. 12. cap. 2. Hahn. ad Wesemb. tit. de

9.

rit. de agn. & alend. lib. n. 4. pag. m. 277. & bannito l. 73, §. 1. ff. de  
jur. dot. facit, quod filio semper honesta & sancta videri debeat  
persona patris, l. 9. ff. de obseq. par. & patr. præst. nisi tamen contra  
patriam quid fuerit molitus, & ob id bannitus: cum patriæ  
pius debeamus, quam parentibus, l. 35. ff. de Relig. & sumpt. fun. l.  
pen. ff. de postul. l. 2. ff. de l. 1. i. §. 15. de ventr. in poss. mit. l. 14. pr.  
ad SCt. Trebell. l. 19. §. 7. in fin. ff. de captiv. & possibl. rev. l. 14. §. 4.  
de mun. & hon. Imo quoque eo casu ne quidem testo impunè  
patrem filias excipere potest, mitius tamen punitur, l. 2. ff. de Re-  
ceptrat. Gothofr. in not. ad Nov. 12. cap. 2. lit. b.

XVIII.

Similiter debentur alimenta patri, qui fideicommissum fi-  
lio sub conditione relictum, dolo malo dissipans, rescripto Imper-  
atoris omne ejusdem fideicommissum olumentum amisit. Eo  
enim casu nihilominus propter reverentiam paternam alimenta  
ei & filio ex reditu vel fructibus ejus fideicommissi præstanta sunt,  
l. Imperator. sc. in fin. ff. ad SCt. Trebell. Scip. Gent. de bon. mat. cap.  
12. pag. 61. in pr.

XIX.

Mortuo parente heredes ejus liberos tenentur alere, & eis  
contra mortuo filio heredes ejus patrem alere debent, arg. l. 5. §. 17.  
ff. de agn. & alend. lib. in casu scilicet summae egestatis, d. l. 5. Summa  
autem egestas est, quando quis non habet de proprio, nec potest  
vivere ex industria, & non extat persona, qua de jure compelli  
possit ad præstantum alimenta, Surd. t. 1. q. 54. n. 16. Sic & fiscus  
de bonis conflicatis alere tenetur liberos condemnati, arg. l. 2. C.  
ad L. lul. de vi publ. l. 5. §. 17. ff. de agn. & alend. lib. Non tamen pro-  
cedit hoc ipsum in filiis condamnati ex crimen laesa Majestatis,  
per l. quisquis. 5. C. ad L. lul. Majest. c. 22. cauf. 6. q. 1. Et heresios,  
cap. vergentis. 10. extr. de herer. nec etiam in filiis natis post con-  
demnationem, vel coimmissum crimen, Surd. t. 1. q. 31. n. 37.

X X.

Frater quoque, vel soror pauper tam uterini, quam consan-  
guinei a fratre, vel sorore divite alimenta capere debent, l. 4. ff. ubi  
B 3 pup.

pup. educ. deb. l.13. §. ult. ff. de administr. tut. l.1. §. 2. ff. de tut. & rat.  
distrab. C. I. A. lib.3. tit.3. th.10. Et frater sororem germanam  
vel consanguineam dotare tenetur, aterinam alere tantum nou  
dotare, per l.12. §.3. ff. de administr. tut. Quin & patruus fratris  
filio aliunde non habenti alimenta subministrare debet. arg. Nor.  
118. cap. 3. ubi dicitur, in successione filium fratris patris locum  
ingredi; adeoque sicuti frater, ita & fratrī filius alendus erit.  
Pari modo nepos patrum, avunculum & amitam egenos su  
stentare debet. fac. cap. 1. de cohabit. Cleric.

## XXI.

Post parentes & liberos, eorumque successores, ut & ceteros  
confanguineos, sequitur maritus, qui uxori sua alimenta sub  
ministrare tenetur, l. pen. ff. ut in possess. legat. l.20. §.2. ff. fam. her  
cisc. l.21. §.1. de don. at. int. vir. & uxor. l.22. §.8. solut. matrim. Treut  
ler. vol. I. diff. 10. th.3. lit. E & vol. 2. diff. 6. th.7. lit. K. in fin. præser  
tim si dote m. receperit, cum ea servire debeat oneribus matri  
monii. l.20. C. de jur. dot. d.l.22. §.8. sol. matrim. l. Afidua in pr. C.  
qui pot. in pigu. unde & onerozo titulo habere dicuntur, in l.19. ff.  
de O. & A. Interdum tamen uxorietiam sine dote ductæ alimen  
ta sunt praeflanta, arg. l.28. ff. de relig. & sumpt. fun. dummodo  
in obsequio mariti sit, vel culpâ mariti obsequium praefare ne  
queat, veluti si ob nimiam mariti laxitatem & malam tractatio  
nem aufugerit, secesserit, & separationem thorii petierit, cap ex  
transmiss. 8. & cap. litera. 13. ibique Panormit. & ali Canonista  
exer. de restitut. spol.

## XXII.

Non solum autem uxorem sanam alere, sed & infirmam,  
atque ægrotam curare, & medicamentis, aliquisque ad recuperan  
dam sanitatem necessariis eidem succurrete maritus tenetur, l.  
22. §.8. ff. sol. matrim. idque non de dote, sed de proprio. Ita ut  
repitere nequeat, per l.13. C. de neg. gest. Chall. in Consu. Burg.  
rub 4. §.9. verb. Et faits funeraux. n.1.2.3. & 4. Quod si non fe  
cerit maritus, successionē uxoris indignus judicatur, cum per ne  
gligentiam & culpam ejus mortua presumatur, l.3. ff. de his que  
ut indign. Rauchb. p.2. q.26. n.26.

## XXIII.

## XXIII.

Hec de alimentis uxori præstansis constante matrimonio; quod si morte mariti matrimonium fuerit solutum, vidua aliunde non habens ab heredibus ejus in trā annum luctus, & post illum quoque, si ad secundas nuptias non transeat, alenda est, cum in eodem matrimonio manere videatur, arg. l. ult. c. de bon. mat. vid. Scipi. Gent. de secund. nupt. cap. 5. nisi tamen post annum luctus dotem habeat, vel in morā eam petendi fuerit: eo enim casu heredes alere eam non tenentur, Surd. t. i. q. 45. n. 1. Et seclusi si nec dotem, nec aliunde habeat, unde se alat, id. d. q. num. II. tunc enim quarta vēl virilis portio bonorum mariti ei debetur, ut exinde alimenta percipiat, Autb. præterea, c. unde vir. & ux. Nov. 53. cap. 6. Nov. 117. cap. 5. quæ propterea testamento auferri nequit. Ludvvel. tr. de ultim. volunt. p. 1. c. 4. pag. 84.

## XXIV.

Et contrā quoque marito egoно ex fructibus dotis ab uxore præstansis sunt alimenta, l. 29. C. de jur. dot. l. 73. §. 1. ff. de jur. dot. Dd. in l. 24. ff. sol. matrim. quod si non extet dos, vel fructus non sufficiant, de paraphernalibus, vel aliis bonis ab uxore alendus erit, arg. l. 1. & Autb. seq. C. und. vir. & ux. Nov. 53. cap. 6. l. 22. §. 7. vers. quid enim. ff. sol. matrim. Treul. vol. 2. disp. 6. th. 7. lit. k. Nec solum constante matrimonio ab uxore, sed & per mortem soluto eo ab heredibus uxoris maritus alendus est, ex natura correlativorum, & propter reverentiam matrimonii benè transacti, neve in opprobrium uxoris defunctæ mendicare cogatur.

## XXV.

Socer quoque nurus alimenta præstare debet, arg. l. 5. §. 12. ff. de agn. & alend. lib. l. 20. §. 2. ff. fam. hercisc. c. 15. caus. 35. q. 2. Et vicissim nurus socero, arg. l. 15. in fin. & l. 16. ff. sol. matrim. d. c. 15. Sic & gener socorum & socrum alere, & ab his vicissim ali debet, Surd. t. i. q. 39. n. 16.

## XXVI.

Hactenus de personis, quibus arcto quodam cognationis vel conjunctionis vinculo alimenta debentur; Sequuntur personæ

sone quædam, quibus ob alias rationes alimenta lege sunt praestanda. Et primo quidem loco patroni egentes, eorumque parentes & liberi à libertate alendi sunt, l. 5. §. 18. & seqq. l. ult. ff. de agnosc. & alend. lib. l. 41. ff. l. i. C. de oper. libert. Hahn. ad Wesemb. tit. de agnosc. & alend. lib. n. 4. pag. 277. Pac. in Isagogic. eod. sit. n. 5. propter arctissimum illud vinculum scil. quod inter patronum & clientem intercedit, de quo Rosin. l. i. antiqu. Rom. c. 16. Quod si alimenta patrono libertus deneget, cum praestare illa posset, in servitatem revocatur, l. 6. §. 1. ff. de agnosc. & alend. lib. c. 62. caus. 12. q. 2. l. 2. C. de libert. & eor. lib. Econtrario quoque liberto pauperi à patrono alimenta sunt praestanda, l. 6. pr. ff. de agnosc. & alend. lib. l. 5. §. 1. ff. de jur. patron. l. 33. ff. de bon. libert.

## XXVII.

Donatarius quoque donatorem egenum atere tenetur, non quidem necessitate præcisâ, sed causativâ, quia aliâs donatio revocari potest, juxta communem Dd. opinionem, per l. fin. C. de revoc. donat. quam tamen, & forsitan rectius refutat Ludvvel. diff. Insit. 6. tb. 10. lit. d.

## XXVIII.

Sic & Dominus feudi à Vasallo alendum est, arg. 2. feud. 6. de forma fidelit. Rittershus. in partit. feudal. lib. 2. c. 1. n. 40. Ioh. Gar. sia tr. de expens. & meliorat. c. 12. n. 72. & 76. ubi etiâ in filium domini emorui extendit. de redditibus sc. feudi, non de propriis Vasallionibus; Si tamen vasallus sit egenus, ne quidem de redditibus Dominum feudi atere tenebitur, cum amor incipiat à se ipso, arg. l. 6. C. de servit. & aquâ. Et vicissim vasallo pauperi Dominus feudi alimenta subministrare debet, per d. tit. 6. lib. 2. feud. vid. Surd. t. 1. q. 56. n. 1. 2. 3. & 4. quod & procedit in eo, qui inhabilis factus est ad serviendum, si feudum sit pingue, & ipse non habeat aliunde, i. Feud. 6. §. fin. si sc. ex defectu naturali, non delicto vasalli inhabilitas proveniat, per d. text. sicuti. & Prelatus sine culpa depositus de fructibus beneficii, ali debet, cap. 1. & t. 1. extit. de Cler. agror. vel debilit. Quæ omnia locum habent, nisi pactum in investitura

vestitur à appositorum aliud disponat. Hartm. tit. 54. obs. 33. Quod autem de alimentis Vasallo præstandis dictum est, eo usque extenditur, ut & in casu extremæ necessitatis invito Domino feudum Vasallus alienare possit, juxta Mynsing, cent. 6. obs. 30. in fin. Rittershus, in partit. feud. lib. 2. c. 2. n. 6. & c. 5. n. 81.

## XXIX.

Porrò Primogenitus in Electoratu, Principatu vel Ducatu succedens reliquis fratribus alimeta, quæ ad decoram eorum sustentationem, & vitam pro conditione Principis degendam sufficient, suppeditare debet, Surd. de alim. t. 1. q. 27. n. 1. vid. Speidel. in notab. voce abgesundene Herzen.

## XXX.

Similiter subditi Dominum in necessitate constitutum aere tenentur. Si enim pro defensione rerum seu status collectam à subditis Dominus exigere possit, quando magis ad sustentationem ipsius Domini obligabuntur; Bald. in l. neminem C. de ss. Eccles. Item Ecclesia patronum summâ egestate laborantem, cap. 25. extr. de jur. patron. can. 7. caus. 10. q. 2. Gutier. de tut. p. 3. c. 20. n. 18. ut latè deducit Finckelthaus. de jur. Patron. Eccles. c. 1. & segg. juxta communem versiculum,

Patrono debetur honor, onus, utilitasque  
Præsentet, præsit, defendat, alatur egenus.

Quod si universitas aliqua Ecclesia patrona sit, non universitas, sed sibi universitatis Rectores ab eis alendi veniunt, Surd. t. 1. q. 54. n. ult.

## XXXI.

Et vicissim populo égeno alimenta præstanda à Principe, Republica, Civitate vel Rectoribus, arg. l. 1. C. de Episcop. aud. l. Civitatibus. 122. in fin. pr. ff. de leg. 1. Ad evitandam autem ejusmodi paupertatem plurima à Magistris circa annonam laudabiliter sancta sunt; Hinc præna Legis Julia de Annona statuta adversus eos, qui fecerint, quod anno carior fiat, l. 2. pr. ff. ad L. Iul. de annonâ. Hinc monopulia vetita, l. unio. C. de Monopol. Hinc & præfecti annonæ olim fuisse constituti, & speciales Episcopi panj. & ceteris rebus venalibus ad quotidianum vicuum servient.

C

Servientibus propositi, l. 48. §. 7. ff. de mun. & bon. quos Galli Commissaires des vivres appellent, Gothofr. in nov. ad l. 2. in pr. ff. ad l. Iul. de annona, lit. a. que ipsa cura olim iis quoque praefectis urbi incubuit, ut scilicet justo pretio caro & annona vendatur, & ita alimentis populus frui possit, l. 1. §. 11. ff. de offic. praef. urb. Et Episcopis seu Ministris Verbi injungitur, l. 1. C. de Episcop. aud. Non solum autem praesentem, sed & futuram populi necessitatem respicere solent optimi Principes & Respublicæ; Ideoque horrea publica victualibus munita habent, ex quibus populum, in casu necessitatis sustentent.

## XXXII.

Milites porr̄ à Republica aleendi sunt, l. Milites 31. in fin. C. de Locat. arg. cap. 16. extr. de prescript. Ratio redditur, in c. militare. 5. caus. 23. q. 1. Et Advocato provinceiam exēmū alimenta debentur, ut & judici, quem quis conducit ad locum aliquem, & delegato ad alium locum se transferenti, arg. l. 10. §. 9. ff. Mandati.

## XXXIII.

Magistri quoque & Praeceptores pauperes à discipulis ali debent, arg. l. 2. §. 47. vers. Ergo Sabino, ff. de Orig. Iur. cap. 4. extr. de Magistr. l. 27. ff. de donat. l. 12. §. 3. ff. de admin. tut. l. 1. ibi, saos filios C. de excusat. Artific. Et alumnus dives alere tenetur nutritorem & nutricem, arg. l. 5. §. 13. ff. de agn. & alend. lib. obligatur enim ad id obligatione Antidorali, quæ aleandi necessitatem producit. Surd. t. k. q. 52. n. 1. & 2. in fin.

## XXXIV.

Equis depositus à quonam alendus sit, queritur? Et respondetur, à deponente, non depositario aleendum, arg. l. 12. in pr. ff. depof. Idem est, si equum, vel aliud aliquod animal pignori, quis cepisset, Dominus enim illud alere tenetur, l. 29. §. 7. ff. ad L. Aquil. Conducens autem operarium non tenetur ei praestare alimenta, nisi consuetudine aliud observetur, nisi etiam ex merita liberalitate operas quis promiserit; Tunc enim naturali ratione alimentorum expensas praestare is debet, ad quem usus hominis pertinet, l. 18. §. 2. ff. Commod. Usufructarius quoque alimenta alege.

¶.

Alege debita præstare tenetur, arg. l. 50. in fin. ff. ad Sct. Trebell. l.  
fin. §. 4. vers. Hoc procul dubio C. de bon. qua lib.

### XXXV.

De Infantibus expositis videamus, cujusnam sumptibus illi  
sunt ipsi alendi sunt; Et quidem infantes a tertio patre ignorantem vel  
invito expostos, quod attinet, eos si repeteret velit pater, impen-  
tas in alimentationem & instructionem eorum factas, restituere  
cogitur, l. i. C. de infant. expos. Quod si ipse patet, filium expofer-  
rit, alimenta ab eo non repetentur, unico tamen casu excepto, si  
scil. pater impedit aut prohibeat, ne filia exposita nubat filio su-  
ceptoris, l. parvem. 16. C. de nupt. Quod ad infantes expostos,  
quorum parentes ignorantur, quos Galli vocant Enfans trouuez,  
sunt in publicis hospitalibus, seu Brephotrophiis, quorum fit men-  
tio in Rubr. C. de Episc. & Cler. l. 19. & 22. in pr. C. de SS. Eccles. alun-  
tur; cujusmodi loca plurima Lutetiae constituta sunt, teste Go-  
thofri, in not. ad Rubr. C. de Episc. & Cler. lit. q. Quod si talia non  
extent, solent communitates locorum eos nutricibus publicâ im-  
pensâ nutriendos dare, Surd. s. l. q. 81. n. 2.

### XXXVI.

Etenim genero pauperes omnes alendi sunt, cap. 8. distinct. 47.  
cap. 2. dist. 42. cap. 1. dist. 82. cap. 14. distinct. 86. Esai. 58. Luc. 6. & 12.  
Matth. 25. Ioan. 1. Deut. 15. non solum à privatis, sed & à Principi-  
bus, seu Magistratibus. In eum finem Ptochotrophia, Xenodo-  
chia & orphanotrophia constituta sunt, Clementin. quia comingit  
de Religio, domib. quorum itidem fit mentio in Rubr. C. de Episc.  
& Cler. l. 19. & 22. in pr. C. de SS. Eccles. l. 32. l. 49. §. 3. C. de Episc. &  
Cler. vid. Pac. in Isagogic. in C. eod. tit. n. 19.

### XXXVII.

Tutores quoque pupillis alimenta subministrare tenentur,  
l. 3. & passim. t. t. ff. ubi pup. educ. deb. & de alim. ei praef. t. t. C. de  
alim. pup. praef. l. 6. §. 5. ff. de Carbon. edit. ut & impenas in stu-  
dia vel aliam quamlibet artem, d. l. 6. §. 5. de Carbon. edit. l. 4. ff.  
ubi pup. educ. deb. l. 3. §. 5. eod. l. 12. §. 3. ff. de administr. & peric. ius.  
l. 2. C. de alim. pup. pr. et. W. cemb. in parat. ff. ubi pup. educ. deb. n. 3.

C 2 Praestan-

Præstanda autem sunt pupillo alimenta ad modum à prætore definitum, l. 2. §. 1. l. 3. §. 1. & 4. ff. ubi pup. educ. deb. ita ut leper ali- quid ex redditu superbit, si patrimonium sit amplum. Ideoque non pro cumulo patrimonii alimenta præstabat, sed quantum ex hibitioni frugaliter sufficit, cùm alia diminuto patrimonio ipsa quoque alimenta minuerentur, d. l. 3. Gutierrez. de tut. p. 3. c. 12. n. 7. Nec solum ipsum pupillum, sed & matrem pupilli egenam alere debet, l. 3. §. 1. ff. de administr. tut. l. 1. §. præterea. ff. de tut. & rat. distract. & sororem, cui etiam mercedes magistrorum ex solvere potest, l. 4. ff. ubi pup. ed. deb. Quod si tutor alere pupillum negligat, & copiam sui, ut pupillo alimenta decernantur, non faciat, pupillus quidem in possessionem bonorum ejus mittetur, ipse vero tutor ut suspectus removebitur, §. 9. Inst. de susp. tut. vol. cur. l. fin. ff. ubi pup. educ. deb. l. 3. §. 14. ff. de susp. tut. Sin autem per niendacum alimenta decerni posse neget, corporaliter puniatur, §. 10. Inst. & l. 3. §. 15. ff. de susp. tut.

### XXXVIII.

Tutor non est alendus de bonis pupilli; arg. §. 6. Inst. de Ex- cuf. tut. l. 33. §. fin. ff. de administr. tut. nisi hic sit illustris persona, per tradira Gutierrez. de tut. & cur. p. 3. c. 2. n. 9. potest tamenei salarium ex certa causa à iudice constitui, d. l. 33. §. fin. ut & à con- tutoribus, l. 1. §. 6. ff. de tut. & rat. distract. nisi tamen male admis- tristret; Eo enim casu nec alimenta nec salarium habere debet, arg. l. 11. C. de annos. & tribut.

### XXXIX.

Hactenus in Thieci vidimus, quibus legē debentur alimen- ta; Nunc ̄v̄ ap̄tei dispiciamus, quibus econtrario & quibus ex causis alimenta dēnegari queant. Et primō in genere notandum, liberis ex iisdem causis alimenta non s'le præstanta, ex quibus exheredari possunt, gl. in l. 5. §. 11. in verb. derulat. ff. de agnosc. & alend. lib. cūm sint pro mortuis exhereditati, Geil. lib. 2. obf. 122. n. 18. In specie autem non debentur alimenta filio contra patriam ve- nienti, adeoque hosti patriæ, Sard. rr. de alim. tit. 7. q. 3. & heretico, cūm ob heresin quoque exhereditati possit, Nov. 115. c. 3. faciliq. in pr. C. de heretic. & invito patre extra domum patris habi- tanti

17.

ranti, gloss. in cap. significasti. extr. de divor. Item filio aliunde  
habent ex artificio scil. honesto, l. 5. §. 7. ff. de agn. & alend. lib.  
Hahn ad Wesemb. d. tit. n. 4. pag. 277. in fin. Et filie in corpus  
suum peccanti, & luxuriosè viventi, per dict. Nov. 115. cap. 3. Libe-  
ris item cum in honestà & indignā aliquā personā matrimonium  
contrahentibus, Surd. tit. 6. q. 6. n. 17. Pater quoque in summa e-  
gestate constitutus liberos alete non tenetur, l. pen. ff. de agnosc. &  
alend. lib. cūm ordinata charitas incipiat à se ipso, per l. præses. C.  
deservit. & aq. Idem obtinet, si bona adventitia pater liberis re-  
stituerit, Richter. p. 1. decisi. 18. n. 7. fol. 200. Sic & matri natura-  
lis obligatio laetandi filium à lute Civili nonnunquam remitti-  
tur, Ioann. Bapt. Pontan. tr. de alim. cap. 8. n. 2. Si aut infirmita-  
te, aut nobilitate & conditione, aut patriæ consuetudine impedi-  
tis, quibus casibus onus alendit ad patrem revertitur, cūm dé-  
bitum matris in laetando filium sit personale; Quod si absq; ju-  
stitia causa laetare recusat, alii nutrici filius expensis matris laetan-  
dus dabitur, Surd. tit. 7. q. 13. n. 13.

#### XL.

Filius itidem parentē alere non tenetur, ex iisdem causis  
ex quibus eum exheredare potest, quæ recensentur in Nov. 115. c. 4.  
Idem juris est, si pater contra patriam pugnaverit, d. Nov. 115. c. 3.  
§. 3. ibi, que non sunt adversus Principem vel Remp. vel læsa Majesta-  
tis reus sit, Gothofr. in not. ad Nov. 12. cap. 2. lit. p. vel ipse dives  
sit, per l. §. 7. ff. de agn. & alend. lib. vel in opia laboret filius, per  
l. 6. C. de servit. Quæ omnia in matre quoque obtainent, Surd. vni-  
7. q. 14. mult.

#### XLI.

Uxor porr̄ sine causâ à marito secedens non est alenda,  
l. consensu 8. §. 4. C. de Repud. ut nec uxor adulterium committens,  
arg. cap. 9. extr. de sponsal. cap. 4. 5. & 8. de divor. & hæretica, Surd.  
tit. 7. q. 21. Sic nec maritus adulter ab uxore alendus est, arg. l. 10.  
§. 3. ff. fol. mazri.

#### XLII.

Hucusque vidimus de alimentis lege debitis; Sequitur ut  
& de iis, quæ hominis dispositione debentur, paucis agamus. De

G. 3 Legato

Legato igitur Alimentorum notandum, sub eo contineri, quæcunque ad vivendum, tuendum, curandumve corpus humanum necessaria sunt; quæ vero ad disciplinam & studiū pertinent, non item, l. 6. ff. de alim. vel cibar. leg. nisi aliud testator senserit, l. 7. eod. nisi etiam jure nature aut legis dispositione debeatetur, veluti si pater legasset. Mynsing. 3. obs. 12. Hahn. ad Welemb. tit. de alim. leg. n. 1. pag. 44. Pontan. tr. de alim. cap. 17. n. 21. Sed an & pharmaca seu Medicamenta alimentis legatis debeantur, quæci solet? Constat sanè ex l. 5. pr. ff. de pen. leg. pharmaca propriæ ad alimenta non pertinere. Idem probari videtur arg. l. 22. §. 8. ff. sol. marim. ibi, & alimenta praestare, & medicina &c. ubi Baldus ex coniunctione illâ copulativâ, &c., argumentatur, legatis alimentis non contineri pharmaca, Gothofr. innot. ad d. 22. lit. d. Pro re tamen & qualitate personarum alimentis medicamenta quoque contineri, dubium non est, Scip. Gent. de alim. cap. 2. p. 4. & 5. quam ipsam quoque opinionem ex Michaelae Graffo communem esse dicit Gothofr. ad fin. pr. 1. 6. C. de his qui ad Eccles. confug. Quin & in persona nobili Equi, ut & navis & Rheda seu Carrucia sunt pars alimentorum, arg. l. 10. §. 9. ff. Mand.

## XLIII.

Modus autem in Legato alimentorum statui debet ex defuncti facultatibus, l. 22. pr. ff. de alim. leg. Et solvenda sunt secundum dignitatem & qualitatem personæ alimentarii, l. 14. ff. de ann. leg. d. l. 22. pr. de alim. leg. l. 13. in pr. ff. de alim. rat. l. 1. §. 19. l. 4. §. 1. ff. de ventr. in poff. mitt. l. 15. §. 2. de usfr. & quidem in specie, non in aestimatione, l. 7. C. de Erogat. milit. ann. Hahn. ad Welemb. tit. de alim. leg. n. 2. ubi duas limitationes adjicit; In primis autem habenda est ratio voluntatis testatoris, & quid est praestare fuerit solitus, d. l. 22. in pr. ff. de alim. leg. Hahn. ad Welemb. eod. tit. n. 3. Non tamen semper ipsa alimenta, sed aliquando ager datur, vel fundus, ex quo quis se alat, l. 4. l. 12. ibid. Gothofr. l. 21. de alim. leg. l. 2. §. 7. de usfr. leg. Fundo autem ad alimenta relicto; ipsa censetur relicta proprietas, l. 4. pr. ff. de alim. leg. l. 8. §. 15. ff. de Transf. Welemb. in parat. ff. de alim. leg. num. 4. quæ propterera ad heredes quoque transit. Surd. tit. 2. q. l. n. 2.

## XLIV. Et

## XLIV.

Et quidem praestanda sunt alimenta ex redditibus, accessoribus & fructibus patrimonii, non autem ex pretio venditae proprietatis, l.3. §.1. ff. ubi pup. educ. deb. l. pem. pr. ff. de alim. leg. l.1. §. 1. ff. de ventr. in poss. miet. l.5. in fin. ff. ad Trebell. Hinc si alimenta relicta sint ex certa pecunia, illa ipsa ponit debet penes Mercatores ad honestum lucrum, ut ex eo lucro legatarius alatur: arg. cap. per vestras. extr. de donat. int. vir. & ux. Ita tamen, ne omnes redditus erogentur, sed semper aliquid ex iisdem superfit; l.3. §. 1. ff. ubi pup. educ. deb.

## XLV.

Alimenta collegiis legata annuatim, l.49. C. de Episc. & Cler. privatis mensuariis praestantur, l.ult. ff. de agnose. & aliend. lib. l. 8. ff. de alim. leg. nisi talia sint alimenta, que mensuaria solutio- nem non recipiant, veluti vestimenta, calciamenta, lecti & alia ejusmodi; Ea enim, quandocunque subest necessitas, praestanda sunt, Surd. r.4. q.17. n.3. Halin. ad Wels. tit. de alim. leg. n. 2. Alimen- tis autem ex certo fundo relictis, licet ex eo fundo non per- cipientur fructus alimentis sufficientes, integra nihilominus de- bentur; l. 12. ff. de alim. leg. Quin debentur alimenta etiam ei, qui implicitè continetur in dispositione, l.40. ff. de usufr. leg.l.36. §.2. ff. de leg. 1. Et usufructarius relicta ex re (certa sc. puta pra- dio) alimenta praestare tenetur; & inter onera ejus hoc ipsum refertur, l.usufructu.7. §.2. ff. de usufr.

## XLVI.

In genere autem de alimentis futuris quævis ultimâ volu- tate relictis notandum, transfigi de illis non posse citrâ Prætoris auctoritatem, l.8. ff. & l.8. C. de Transact. quod ipsum cautum est oratione Divi Marci Antonini Philosophi, quam in Senatu veli- pse vel per quæstorem suum recitavit, & deinceps Ulpianus Ictus per quæm diligenter est interpretatus, in d.l. cum bi. 8. ff. de Trans- act. Nec obstat, l.23. §.2. ff. de condit. indeb. in quæ prohibita ali- mentorum Transactio Senatus Consulso adscribitur; Ideo enim sic illud ipsum, quia ad orationem Divi Marci Senatus Con- sultum deinceps factum est; Scip. Gent. libr. singul. de alim. ad orat.

D. Marci.

30

D. Marci, cap. i. pag. 3. & Ampliss. Dn. D. Bicc. in preloq. Aur. th. 4. & pag. 35. lit. u. Procedit autem illa ipsa prohibito solum in ali-  
mentis futuris & ultimâ voluntate relictis; De prateritis enim  
licitè transfigitur, l. 8. in pr. C. de Transact. Scip. Gent. dict. tr. cap. 8.  
ut & de futuris ex contractu debitis, vel inter vivos constitutis,  
l. 8. §. 2. vers. planè ff. de transact. Scip. Gent. de alim. c. 10. Hahn.  
ad Wesemb. cit. de transact. n. 5. pag. 425. Treutl. vol. 1. disp. 7. th. 4.  
lit. f. Causa impulsiva prohibitionis fuit, quia alimentarii con-  
tentii modico praesenti facile cum herede dei transfigerent, l. 8.  
pr. ff. de transact. Precipuum verò causam prohibitioni dedit vo-  
luntas ipsa testatoris, non favor ultima voluntatis, Scip. Gent.  
de alim. cap. 3. quin & ipse alimentorum & alimentarii favor, Imo  
& utilitas publica, ne Civitas repleatur mendicis, & quia inter-  
est Reip. ne quis resuā male utatur, §. 2. Inst. de hiis qui vel al.  
jur. sunt. Scip. Gent. d. cap. 3.

#### XLVII.

Valet tamen Transactio de futuris quoque alimentis reli-  
ctis, duobus in casibus, si vel fiat coram Magistratu causa cogni-  
tia, que ipsa notio in tribus consistit, in causa nimirum transacti-  
onis, in modo & in personis, l. 8. §. 8. & seqq. ff. de Transact. late  
Scip. Gent. de alim. cap. 13. & multis seqq. Veleriam, si per Trans-  
actionem, melior facta sit Alimentarii conditio, licet pratoris au-  
toritas non acceperit, d. l. 8. §. 6. ff. de Transact. Hahn. ad Wesemb.  
ed. iii. n. 5. pag. 425. Scip. Gent. cap. 23 pag. 81. Quod si neque  
pratoris cognitio acceperit, nec melior alimentarii facta sit con-  
ditio, ne jurata quidem valebit transactio, Treutl. vol. 1. disp. 7. th.  
4. lit. g. & i. Scip. Gent. cap. 30. per l. 5. C. de Legib. & quod ob eam  
datum erit, repeti potest per conditionem indebti, l. 23. §. 2. ff.  
de Cond. indeb. l. 8. §. 22. ff. de transact. vid. Scip. Gent. cap. fin.

#### XLVIII.

Occurrit hic questio contrarii decisâ votis: An de alimen-  
tis pacisci liceat? Et omnino negandum videatur juxta commu-  
nem Dd. opinionem, Treutl. vol. 1. disp. 7. th. 4. lit. i. Scip. Gent.  
de alim. cap. 4. pag. 12. in princ. à qua sumen ipse postmodum fecedit.  
Procedit

Procedit autem sententia negativa tunc demum, si pactum ad eundem cum Transactione tendat finem, vel omnino sit gratuitum, Coler. tr. de alim. lib. 2. c. 8. n. 48.

## XLIX.

Quod autem ad transactionem alimentorum ritè factam, & nec habitatio nec vestiarium continetur, sed de iis specialiter transigi oportere à D. Marco constitutum est, l. 8. §. 12. ff. de transact. idque tunc ob favorem alimentorum & alimentarii, tunc ob strictam acceptionem alimentorum, & ipsius transactionis, quæ stricti juris est, l. 9. §. 1 ff. l. 31. C. de transact. Welfemb. in paras. cod. n. 2. Scip. Gent. de alim. cap. 2. De transactione alimentorum qui plura scire desiderat, videat omnino Scip. Gent. d. tr. de alim. Borcholt. de transact. cap. 3. n. 23. usq. ad n. 64. Surd. tr. de alim. tit. 8. privil. §. 6. per 106.

## L.

Subtilissimus haec tenus in consideratione ipsorum alimentorum; Sequitur ut de Modis eam petendi breviter tractemus. Petuntur autem vel Iure Actionis, vel officio judicis; Et patri quidem à filio & econtra alimenta debentur officio Iudicis, l. 5. pr. ff. de agn. & aleand. lib. l. fin. §. 5. in pr. C. de bon. qua lib. l. 9. C. de patr. por. t. t. C. de al. lib. ac par. l. 10. ff. de agn. & aleand. lib. cap. cùm haberet. s. exer. de eo qui dux. in matrim. quam poll. per adultr. qui de alimentis praestans inter parentes & liberos cognoscere debet, d. l. 5. pr. ff. de agn. & aleand. lib. Quid si parentis neget filium, vel filius parentem, idem Iudex summarie super eâ re cognoscet, & si qualitercumque constituerit filium vel parentem esse, alimenta decerneret, secus si nullo modo constituerit, l. 5. §. 8. ff. de agn. & aleand. lib. Nec tamen illa ipsa provisio de alimentis à judece facta veritati facit præjudicium, sed in causa cognitione nihilominus proceditur, & de veritate questio habetur, filius vel parentis sit, an non, l. pen. ff. de bu qui sui vel al. jur. sunt, l. 5. §. 9. ff. de agn. & aleand. lib. l. 3. C. de infant. expos. Si autem Iudicis decreto quis refragetur, & alimenta praestare nolit, ipse Iudex pro modo facultatum alimenta constituet, d. l. 5. §. 10. ff. de agn. & al. lib. l. fin. C. de al. lib. ac par. l. fin. ff. de al. leg. l. 2. C. de alim. pup. praest.

D

Gall.

Gail. 2. obs. 88. n. 7. 10. & seq. qui si adhucdum præstare recuset, pignoribus captis & distractis sententia cogetur satisfacere, d. l. 5. §. 10. ff. de agn. & al. lib. Que omnia in reliquis quoque ascendentibus & descendenteribus, in casu quo quivis altere tenetur, obtinent; nisi tamen legitimæ loco alimenta debeantur, tunc enim petuntur jure actionis, Surd. 2. 3. q. 4. n. 29. Patrono quoque à liberto & vicissim alimenta præstanda sunt officio judicis, l. 5. §. 18. & seqq. ff. de agn. & alend. lib.

## L I.

Sed & Iure Actionis nonnunquam alimenta petuntur; Sic Maritus moram passus in solutione dotis à sacerdoti promisæ, habet actionem negotiorum gestorum, quâ petiri alimenta præstata uxori, vel interuluria dotalia, arg. l. 34. ff. & l. 11. C. de neg. gest. Sic & tutor contrario tutelæ judicio à pupillo repetit, quod in alimentationem & educationem ejus impendit, cum hi sint sumptus ex necessitate officii facti, l. 12. §. 3. ff. de admin. tut. l. 3. §. 14. de susp. tut. quos omnino repetit, l. 3. in fin. pr. ff. de contr. tut. & ut alt. l. 3. C. de administr. tut. Quin & de redditibus pupilli durante officio sibi satisfacere potest, l. 9. §. 5. ff. de administr. tut. cum aliis quoque creditor sibi ipsi solvere & possit & debeat, si negotia debitoris gerens pecuniam inde redegerit, l. 13. ff. de neg. gest. Add. Gail. 2. obs. 130. n. 11. Præter contrariam autem tutelæ actionem datur ei quoque actio negotiorum gestorum, arg. l. 2. ff. de neg. gest.

## L II.

Alimenta legata peti possunt actione personali, l. 3. ff. de alim. leg. l. 1. C. de fiduciocommiss. junct. l. 1. C. comm. de legat. vel etiam officio Iudicis, Surd. 2. 3. q. 4. n. 11. In specie autem alimentorum pauperibus relictorum petitio cuiilibet de populo datur, cum hoc sit legatum ad piæ causas, cuius petitio ab omnibus institui potest, arg. Nov. 131. cap. 12. facit etiam, quod ejusmodi relictum ad honorem pertineat civitatis, l. civistaribus. 122. in fin. pr. ff. delegat. i.

## L III.

Transimus nunc ad alimentorum Effectus, qui in ipsis alimentorum privilegiis sese exserunt; Causa igitur alimentorum summatis cognosci debet, l.s. §. 8. ff. de agnosc. & alend. lib. nec libellus in eâ requiritur, formalis scil. sed sufficit qualisqualis petitio, ex qua cognosci possit actoris intentio, per Clementin. sape. de V.S. nec litis contestationem desiderat, d. Clement. Dilations breviores in eâ conceduntur, Gothofr. ad rubr. ff. de al. leg. lit. a. die quoque feriato examinari potest, l.2. ff. de fer. fac. l. 1. in pr. ff. ubi pup. educ. deb. quod intelligendum de feriis ob hominum necessitates indultis, non de iis, quia ad honorem Dei sunt introduc. &c. per d. Clement. nisi tamen pletatem habeant annexam, seu pauperi alicui debeat, Surd. tit. 8. privileg. 2. n. 12. & 13.

Porrò in causa alimentorum iudex non requisitus officium suum impartitur, l. 89. in pr. ff. ad L. Falcid. nudum pactum actionem producit, l.26. §. 3. ff. de pact. dotal. inter patrem & filium lis datur, l.5. pr. ff. de agn. & al. lib. l.9. C. de patr. pos. Minor sine tuteore vel curatore in iudicio esse potest, l.1. C. de alim. pup. præst. ipsa alimenta ex voluntate minus utili & solenni debentur, l.1. C. de fidicōnn. ibique Sichard. n.4. Gothofr. d. 1.

Nec minimum est inter privilegia Alimentorum, quod, qui ad comparanda alimenta maxime necessaria pecuniam mutuū dederit, in concursu Creditorum aliis omnibus præferatur, & que acilli, qui funerum expensas fecerint, arg. l. 4. C. de petir. hered. quam prælationem tamen ex d. I. Dd. ad eum tantum casum restringunt, quando agnotus mortuus est, secus si pristinæ sanitati fuerit restitutus, Carpov. l.F. p. 1. confit. 28. def. 4. s.

Sic & speciali alimentorum favore in Legato alimentorum pubertatis tempus protractabitur, ita ut ad pubertatem relicta alimenta debeat, pueris usque ad annum 18. sc̄minis vero ad 14. l. Mela. 14. §. 1. ff. de alim. leg. Myntz. 3. obs. 12. in pr. Et Legatum

alimentorum sub conditione relatum deficiente conditione nihilominus debetur, l. 13, §. 1. ff. de alim. leg. ibique Gothofr. lit. u. 1.84. ff. de condit. & demonstr. l. 1. C. de Legar. Sic & favore alimentorum incapacibus quoque, veluti deportatis, servis poenæ, l. 11. ff. de alim. leg. l. 3. in pr. ff. de his que pro non script. hab. l. 10. ff. de cap. min. l. 34. ff. de rejud. servis propriis sine libertate, l. 17. ff. de alim. leg. l. 5. §. 2. C. de necess. serv. her. inst. l. 11. §. 1. ff. de legat. i. alimenta relinquuntur. Quamvis autem legatia alimentorum tantus sit favor, id ipsum tamen nihilominus Falcidæ subjecet, l. 68. in pr. l. 89. ff. ad l. Falcid. l. 9. in pr. ff. de alim. leg. nisi tamen pauperibus relinquatur, per aub. similiter. C. ad l. Falcid. Nov. 131. cap. 12.

## LVII.

Sed & appellacionem causa alimentorum non recipit, l. fin. in pr. ff. de appellat. recip. & quandoque compensationem non admittit, l. 2. C. de Compensat. Elucet quoque favor alimentorum exinde, quod alimenta filio praestita in legitimam non imputentur, l. 50. ff. fam. ercise. & econtra in casu necessitatis pater alienare possit bona filii adventitia, l. fin. §. 4. C. de bon. quælib. imo ipsum quoque filium, l. 2. C. de patrib. qui fil. suos distrax. quin & furari licet in casu extremæ necessitatis, arg. cap. discipulor. 26. de consecrat. dist. 5. cap. 3. extr. de furt. cum eo causam sine communia, cap. scutu bi. 47. dist. fornicari vero non licet, l. 43. §. 5. ff. de rit. nupr. Sic favor quoque alimentorum alimentarius non potest accusare alentem, l. 17. C. de his qui accus. non poss. Excepto crimine læsa majestatis, l. pen. C. cod.

## LVIII.

Privilegiis alimentorum merito quoque accensetur, quod donatio ob causam alimentorum facta valeat absque insinuatione, si pauperi alicui fiat, de lute quidem veteri usque ad 500. solidos, cum reliqua ad 300. tantum valerent, l. 34. pr. & §. 1. C. de donat. l. 19. C. de SS. Eccles. vid. Carpzov. I. F. p. 2. conf. 12. df. 13. Schneidev. in §. alie. n. 23. Inst. de donat. De lute vero novissimo etiam ultra 500. solidos, exemplo reliquarum donationum ad pias causas, l. 36. pr. & §. 2. C. de donat.

LIX. Eg.

- genitivus



Egimus hactenus de alimentis tūm constitutis, tūm constitutis; Restat, ut & modos ea dissolventi paucis attingamus; Extinguantur autem atque revocantur pīmū morte, l.8. §. 10. ff. dē transal. l. 12. ff. de ann. legat. l.57. §. 1. de usuf. l. 26. §. 1b. quand. dies legat. vid. Surd. 1.5. q.1. qui n. 18. & seq. plures limitatiōnes adducit Gail. 2. obs. 88. num. 13. & seq. deinde ob ingratitudinem, l. 16. C. de Nupt. Denique propter collusionem, l. 1. §. 1. ff. de jur. aur. anul. Non autem extinguntur alimenta adquisitione juris aureorum anolorūm, d. l. 1. in pr. ff. de jur. aur. anul. non etiam ob absentiam testatoris causā, l. 19. ff. de alim. leg. nec denique repetuntur per captitatem servientibus prāstata, l. ult. C. de postliminio reversi.

## COROLLARI LOC

unicam hancce positionem adjicere

placatis

Transactio in causa alimentorum vel Apanagii facta ob lexionem enormem seu ultra dimidium relcindi nequit, cum nec reliqua transactiones ob ejusmodi lexionem rescindantur, Gail. 2. obs. 70. nec possit dici ultra dimidium laesus, cui alimenta debentur ad beneplacitum primogeniti filii; Aur. Bull.

lit. 24.

Nobilissimo & Literatissimo

DN. Respondenti.

Euge bonis avibus magno succede Parenti,  
Quæque olim pressit pulpita, scande libens;  
Scande libens, juvat ista sequi vestigia: nempe  
Sic poteris patrium participare decus.

Testandi affectus fundebat

PRÆSES.

Nobiliss.

D 3

*Nobilissimo & Eximio*  
DN. CAROLO LUDOVICO MIEGIO,  
Propinquo & Hospiti meo.

**M**ajorum titulos, & summi nominâ honoris,  
Non invita quidem complectitur inclytâ virtus;  
Sed tamen ipsâ suo laudari nomine querit,  
Sufficiens alimenta sibi, majora subinde  
Incrementa parat, primos quibus augeat ortus.  
Hoc facis & MIEGI, claræ qui gentis honorem  
Virtutis studio, doctrinæ & laudibus ardes  
Porrigere, æternæ laturus præmia famæ.

*Boni omnis causa  
ser.*

Robertus Koenigsmannus,  
Eloq. Professor.

**G**ießer die nach Ehren streben/  
Hassen bald von Jugend auff  
Faulheit/ und das Laster Leben/  
Suchen stets der Tugend Lauff/  
Ihr Verlangen ist zu siegen/  
Keinen Lastern unterliegen.

Werther Freunde/ dein Beginnen  
Zeigt deinen Mut und Sinn.  
Du gedenekest zu den Zinnen  
Der beliebten Weisheit hin;  
Zu den Edlen Themen Wesen/  
Durch das stâte Bücher Lesen.

Recht

Recht so/ stelle dein Verlangen/  
Wie du jederzeit gehan/  
Wer sich nichts wird unterfangen  
Kompt zu keiner Ehrenbahn.  
Dich wird Ehre bald ergezen/  
So dich ferner Schweiß wird nehen.  
Dieses seyer, seine schuldigste  
Freundschaft zu bezeugen  
**Friderich Jacob Daser/**  
der Rechten Besüssener.

F I N I S.

Die Catechismus  
Die Catechismus  
Die Catechismus  
Die Catechismus  
Die Catechismus  
Die Catechismus

Die Catechismus  
Die Catechismus

1111

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-515003-p0034-0

DFG

99 A 6944


ULB Halle  
002 822 598



3

V3 17      Retro J





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
0

Inches

19  
18  
17  
16  
15  
14  
13  
12  
11  
10  
9  
8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
0

DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
ALIMENTIS,

*Quam*

SS. TRIADE ADJUVANTE,

P R A E S I D E

VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO,  
CONSULTISSIMO & EXCELLENTISSIMO

DN. JOHANNE MELCHIORE SAGGSI  
J.U.D. ET IN INCLUTA ARGENTORATENSIMUM  
Universitate Institutionum Imperialium Professore Cele-  
berrimo, Patrono, Praeceptore ac Promotore suo  
atatem devenerando,

solenni disquisitioni subjecit  
CAROLUS LUDOVICUS MIEGIUS,  
Argentoratenfis,

*Ad diem 14. Aprilis.*

*Hora locoque consuetis.*



ARGENTORATI,  
Typis FRIDERICI SPOOR.  
ANNO M. DC. LX.

